disciplina quam phytagoras hunc mundum per musicam con
ditum et gubernari posse testatur. In ipsa quoque relegione
ualde permixta est ut decalogi decacordus tinnitus cithare
tympane organi melodia cymbalarum sonus ipsumquoque
psalterium ad instar instrumenti musici. Nominatum non dubium
est. eo quod in ipso contineatur caelestium uirtutum suauis
nimis et grata modulatio.

Nunc de musicae partibus sicut est a maioribus traditum disseramus.

Musica scientia est disciplina que de numeris loquitur qui ad aliquid
sunt his qui inueniuntur in sonis. ut duplum triplum quadru
plum et his similia quae dicuntur ad aliquid.

## MUSICAE PARTES SUNT.

I Armonica est scientia musica quae decernit in sonis acutum
et grauem.

II Rythmica est quae requirit in concursione uerborum utrum
bene sonus an male cohaereat.

III Metrica est quae mensuras diuersorum metrorum probabili
ratione cognoscit ut uerbi gratia heroicon iambicon heleiacon
et cetera.

## INSTRUMENTORUM MUSICORUM GENERA SUNT TRIA.